



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

74. In Congregatione à Sanct. &c. Declaratio Officialium, & Ministrorum
Camerariorum, quibus permittitur facultas deferendi Sclopetos parvos, &
longiores, non tamen prohibitas intus, & foris, oneratos, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

servari ab omnibus, & quibuscumque Confessariis in Urbe degentibus cujuscumque Religionis, Instituti, etiam Societatis Jesu, ac Congregationis, quacumque speciali nota explicandis, prout explicati latius fuere in Decreto Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium die 9. Mensis Januarii 1602. sub fel. record. Clemente VIII.; ac illius confirmatoris, & innovatoris sub fel. record. Paulo V. die 7. Januarii 1617.; & Urbano VIII. die 17. Novembris 1628. editis. Ac sub presenti prohibitione comprehendendi etiam Pœnitentiariorum Basilicarum Urbis; & ab omnibus Confessariis prædictis, eam observari sub isdem pœnis, & censuris eo ipso; & absque alia declaratione incurrendis, quæ continentur in præfatis Decretis. Noverintque Pœnitentes absolutionem, si quam imposterum obtinuerint à præfatis Casibus in præfenti Decreto expressis, esse nullam nulliusque roboris, & momenti; eaque omnia observari. Non obstantibus quibuscumque Privilegiis absolvendis à prædictis Casibus, sub quibuscumque tenoribus tam ante, quam post dicta Decreta tam particularibus personis, quam ratione Religionis, Societatis vel Instituti obtentis, & juxta latam derogationis formam in isdem Decretis contentam, quæ in præfenti repetita censetur, & non obstantibus omnibus, quæ in Clemens VIII., Paulus V., & Urbanus VIII. voluerunt non observare; Rursus declarando, prout declaratum fuit in præfatis Decretis, quod circa alios Casus Sanctæ Sedi Apostolicæ reservatos non expressos in præfenti Decreto (exceptis illis, quæ continentur in Bulla in die Cœnæ Domini legi consuetæ) ita intelligatur præservata facultas absolvendis Confessariis Privilegiis in Urbe degentibus, quatenus tamen eam habeant ex legitimis Privilegiis non revocatis, & in usu existentibus; ac juxta eorum tenorem tantum exequendis. Aliis vero in Urbe Confessariis Privilegia non habentibus nihil de novo, sicuti per præfata Decreta, ita per præfens censetur concessum.

Facta per me infra scriptum hac die decima tertia mensis Maii 1711. relatione prædictæ resolutionis Sanctissimi D. N. Sanctitas Sua eam, omniaque, & singula in ea contenta cum omnibus Clausulis derogatoriis benigne probavit, ac inviolabiliter imposterum servari præcepit ab omnibus, ut supra expressis; præfensque Decretum in forma solita publicari jussit, atque mandavit.

Vincencius Petra S. C. Concilii, & dictæ Deputata Secretarius.

II.

DECLARATIO

Officialium, & Ministrorum Cameralium, quibus permittitur facultas deferendi Sclopettos parvos, & longiores, non tamen prohibitos, intus, & foris, oneratos, intra Civitates, & loca Status Ecclesiastici muris, & fossis, seu vallo circumdata.

Die 28. Septembris 1714.

IN Congregatione à Sanctissimo deputata, in qua interfuerunt Illustrissimi Domini Thesaurarius Generalis, Marefusus Auditor Sanctissimi, Bancherius Secretarius Sacræ Consultæ, de Moralia Camera Apostolicæ Clericus, Liccius, & de Afflicto ejusdem Sacræ Consultæ Ponentes, seu Relatores, Advocatus Fiscalis, Procurator Fiscalis Generalis, & Commissarius Rev. Camera, examinatum fuit de mandato Sanctissimi Dubium, an, & quibus Officialibus, & Ministris Came-

ralibus competat facultas deferendi Sclopettos parvos, & longiores (non tamen prohibitos) intus, & foris oneratos intra Civitates; & Loca Status Ecclesiastici muris, & fossis, seu vallis circumdata; fuitque declaratum; quod præter Officiales, & Ministros Camerales, quibus ad præscriptum Bonimenti Cardinalis Pamphili anno 1645; editi expressè permittitur facultas deferendi intra Civitates; & loca prædicta muris, & fossis, seu vallo circumdata arma prædicta intus, & foris onerata, fuisse etiam comprehensos.

Judices, & Fiscales, & Subcollectores, seu Commissarios Spoliorum.

Nec non associantes pecunias Fiscales, seu Appaltatorum fiscalium in actu illarum associationi, & transmissioni tantum.

Item Bullatores, seu Ponderatores; seu Reviores deputatos pro gabella carnis.

Ac demum Salnitarios, seu conscientes Nitra in actu eorum exercitii tantum.

Die 4. Octobris 1714. Facta relatione Sanctissimo per me infra scriptum Auditorem, Sanctitas Sua approbavit supradictas resolutiones Congregationis Particularis, & ita servari mandavit.

P. Episcopus Cyrenen. Auditor.

DECLARATIONES

II.

Provisiones, & Decreta super Sportulis, quæ Judicibus, Commissariis, Rotæ, aliisque Tribunalibus persolvi debent.

Cum ad aures Sanctissimi Domini Nostri pluri-
ma pervenerint Litigantium querelæ super inobservantia Reformationis Tribunalium Urbis à felicis recordationis Paulo Papâ V. editæ, nec non Literarum Apostolicarum rec. mem. tum Innocentii Papæ XI. Anno Incarnationis Domini cæ millesimo sexcentesimo octingentesimo nono, quarto Kalendas Julii; tum Innocentii Papæ XII. pridie nonas Decembris Anno præfate Incarnationis millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio expeditarum, in ea præsertim parte, in quâ Judicibus Commissariis, Rotæ, & aliis Tribunalibus ejusdem Urbis taxantur Sportulæ: Simulque delatum fuerit, quod eâ de causâ germanum præfatarum Reformationis, & Literarum Apostolicarum intellectum, & clarum Romanorum Pontificum mentem fallacibus argumentis, & minus veris interpretationibus, vanisque subterfugiis, ac prætextibus, non sine maximo ipsorum Litigantium, & præsertim Pauperum dispendio, everti, eludi, & retardari contingit. Cumque Sanctitas Sua, eâ, quâ, cæteris indefinenter præest, pervigili curâ, & eximia, qua pauperes prosequitur, charitate, Congregationem particularem plurium Prælatorum ex Senioribus Romanæ Curie, nec non de stylo, seu praxi ejusdem Curie apprime instructorum specialiter (ut infra) ad id deputaverit, attributâ eis facultate, quibuscumque minus veris interpretationibus, in subsistentibus titulis, & prætextibus penitus sublatis; & rejectis, præfatarum Pontificum literas juxta eorum mentem, & sensum, declarandi, interpretandi, & debite, prout par est, executioni demandandi, reservatâ tamen sibi facultate easdem Declarationes, Provisiones, & Decreta approbandi, & confirmandi;

di;